

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Discrecio n cum uariis

In utraque enim parte sustinebit maximum detrimentum quisquis inequalitatem tenens nunc uentrem ieiuniorum ariditate constringit, nunc escarum nimietate distendit. Vt enim mens cibi inanitate lassata perdit oracionum uigorem, dum carnis nimia lassitudine pregrauata condormitare compellitur, ita rursum nimietate uoracitatis oppressa emittere ad Deum preces puras leuesque non poterit.

Ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P v¹ v² L¹ L²):

distendit] discendit M; condormitare] cum dormire M; nimietate] nimietatis (*cor. intra*) C; emittere] admittere C